

cari posse; cum evenire queat, ut permulti in studiis desidiosi, aut ebriofii, nulla pulentur suspitione peccandi, dum quidpiam agunt revera prohibitum a legibus, quas ignorant.

208. Affran- tur resimonia testificia Angelici, & Seraphici, qui licet praelati, tamen regulam apud multos Scrip- pturam per- gatam.

208. Talem esse utriusque præsertim Doctoris prælaudati persuasionem ostendunt plures textus sparsim in hac tractatione de ignorantia (n. 189. & seq.) ac præsertim in declaratione voluntarii indirecti seu interpretativi (n. 141. & 146.) a nobis jam producti; quibus hi sequentes addi possunt. Angelicus (1. 2. q. 76. ar. 3.) Cum aliquis propter laborem, vel propter alias occupationes negligit addiscere id per quod a peccato, & peccatum, dummodo sit eorum, quæ quis scire tenetur, & potest; & ideo tali ignorantia non tollitur excusatio a peccato. Si vero sit talis ignorantia, quæ omnino sit involuntaria, scilicet quia est invincibilis, scilicet quia est ejus, quod quis scire non tenetur, talis ignorantia omnino excusatio a peccato. Seraphicus (Centil. par. 1. sect. 25.) Ignorantia juris invincibilis potest esse duplex, aut enim est introducta per præambulam culpam, aut præter omnem culpam. Si præter omnem culpam, aut simpliciter privatæ cognitione, sicut in infantibus & furiosis, qui omnino carent usu rationis: & hæc excusatio a toto, sed non tollit omnino usum rationis, sed semiplenum: & tunc non excusatio a toto, sed a tanto: sicut in his, qui non pleno sunt furiosi, sed habent aliquo modo aliquam interstella lucida, & in pueris, qui sunt aliquo modo capaces præcepti, licet non pleni. Si autem ignorantia est introducta per præambulam culpam, sicut in ebrio, & furioso, quorum uterque præcipitavit se in hoc per culpam suam, sic non excusatio a toto. Et (in 2. Sent. dist. 22. ar. 1. q. 2.) privato cognitivum ad salutem necessaria dupliciter potest esse: aut ita quod est in nobis, sed non a nobis; & hoc modo culpa non est, sed magis poena; & cum non simus ejus principium, in ipsa nec meremur, nec demeremur: aut ita quod est in nobis, & a nobis, & sic culpa est: hoc autem tripliciter potest esse: aut quia ex quadam pigritia & negligentia non curamus veritatem addiscere &c.

209. Ad titu- dignoscendam de discernen- dam ignoran- tiam vere invincibilem, & vincibilem, substituitur an- tia regula ex doctrina, ut videlicet Ma- gistri expressa.

209. Quæ cum ita sint prælibati potius hæc aliam generalem regulam, in hujusmodi testimonio contentam, rectissimamque, & cum in finem atterende. Quotiescun- que aliquis ad sciendum ea, quæ tum ad proprium statum ac munus generatim perti- nent, tum ad particularem operationem producendam spectant, præmittit diligentiam moralem, quam nempe adhibere solent in similibus probi & prudentes viri: ac præ- cumsantia aliqua, quam ignorant; aut si tale dubium passus est, pari diligentia quaesivit, ut certior fieret, neque tamen notitiam adsecutus est: tunc sane ipsius ignorantia erit in foro conscientie vere invincibilis & inculpata, etsi interdum non admittatur ut talis in externo judiciali foro, ubi ex allegatis & probatis procedere moris est. Contra vero ignorantia erit aliquo modo reputanda vincibilis, & culpabilis, etiam in foro Sacramentali, si quis vel non omnem ordinariam seu moralem diligentiam ad discenda scitu necessaria præmiserit, vel agendo deinceps, contra- riam cogitationem de honestate suæ actionis peremerit, & nihilominus studium, aut industriam suam non restauraverit ad explorandam veritatem. Sic ex ca. Hen- ricus Gandavensis (quodl. 12. q. 25.) censet fuisse prioris generis ignorantiam Jacob, qui credens sibi suppositam fuisse Rachelæ, cognovit Liam, priusquam consensit cum ipsa in matrimonium: posterioris vero generis ignorantiam Achimelech, qui revera peccasset, si cognovisset Saram, etiam ipsa accepta in uxorem, quia non sufficienter inquisivit, an fuisset mater Abraham.

210. In ista- casu, tertia- mentali matu- ra, & essentia ignorantia, e- voluuntur, & voluntas, ad rem- bue præmon- tur, ignoran- tiam habere, posse triplicem diversam tum- peccati, tum poenæ, tum causæ peccati.

210. Nunc ad materiam tertii capitis (num. 188.) accedamus, propius inspecturam quam sit in genere moris natura ignorantia, quive præterea effectus ab ipsa dimanent. Ignorantia, ut ita dicam, monstrum est trifidum, nam & poena peccati, & causa peccati, & peccatum simul esse potest, quemadmodum observavit S. Au- gustinus (lib. 3. contr. Jul. c. 3.) de sensuali concupiscentia. Sicut enim carnis concupi- sentia, adversus quam concupiscit bonus spiritus, & peccatum est, quia inest illi ino- bedientia contra dominatum mentis, non præterea scilicet aut impediens volun- tate, cum possit (n. 129. & 134.) & poenæ peccati, quia reddita est meritis inobedi- entis; & causæ peccati desolatione conscientis, vel contagione nascens: pari modo ignorantia in poenâ est, quatenus provenit ex originaria culpa, juxta illud Augu- stini, in ista est nobis ignorantia rerum agendarum: iterum quatenus ad nolita ac- tualia crimina consequitur ex eodem Augu- stino, super illicitas cupiditates, 2. est causæ, ut illa, quæ comparata ad actum volunta- ris, dicitur antecedens; & simul consequens respectu ipsius voluntatis (n. 193.) qua- lis fuit in Deicidis, qui si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixum

lectu-

sent, teste Apostolo. 3. Est culpa vere proprieque dicta, quæ a Deo imputatur, & pro qua venia deprecanda, exemplo Plauti, Ignorantia mea ne meminere, Do- mine.

211. Mada- declaratur, quo consilio, sua dicitur vincibilis, peccati ratio- nem intrin-

211. In primis, quemodo ipsa ignorantia in se possit esse proprie dicta culpa & peccatum, esse demonstratur. Ex S. Bonav. & Richardo de Mediavilla (in sent. dist. 22. ar. 2. q. 2.) duo conspirant ad ignorantiam culpabilem; unum, quod est quasi materia peccati, nempe privatio scientiæ necessaria in intellectu; alterum, & deor- dinatio in voluntate detrahente, seu negligentia eandem scientiam, &que veluti formale peccati. Ignorantia, quæ opponitur cognitioni virtutis, ad quam tenetur tantum dicit scientia caretiam, sed etiam voluntatis incertiam: unde non tenetur sciendam. Porro ex Richardo ratio culpabilitatis ignorantie dicitur voluntatem consti- titam: quatenus, si vincibilis ignorantia est affectata, est per voluntatis commissio- nem, dum homo vult ignorare ea, quæ scire teneretur, pro tempore quo scire tenetur; vel si est crassa, aut lupina, est per voluntatis omissionem, dum homo ex quadam negli- gentia omittit procurare notitiam eorum, quæ scire tenetur. Nihilominus culpabilis inonestas ignorantie non in hac solum deordinatione voluntatis sita est, sed etiam in privatione scientiæ efficiente intellectum, quatenus voluntati substat tamquam causæ: eo sermè pacto, quo in genere culvis peccati consummatus adus exterior & interior, imperatus & imperans, simul sunt animum peccatum.

212. Quoties igitur aliquis vincibilis ignorantia detentus quidpiam subinde peccat contra justitiam, caritatem, vel quamlibet aliam virtutem; consequens est dicere, peccata hujusmodi esse prorsus distincta a prævio ignorantie peccato. Idque sentiendum, non modo dum ignorantia versatur circa ea, quorum scientia speciali præcepto exigitur ratione sui, quemadmodum sunt mysteria Religionis Christia- næ; sed etiam dum ad alia referatur, quorum cognitio requiritur in ordine ad opus, ut sunt Divina, & Ecclesiastica mandata: etsi hoc intercedat discrimen quod peccatum ignorantia pure credibilem sit distinctum tum numero tum specie ab il- lo, quod committitur vel faciendo vel negligendo aliquid circa ipsa credibilia: pec- catum vero ignorantia operabilem sit quidem aliud numero, sed tamen ejusdem spe- cie cum illis peccatis, quæ sunt circa præxim rerum ignoranturam. Quare ex ca. bilium fore quæ peccatum, sicut graviter peccat non solum, qui dissentit Fidei, vel tempore debito non elicit actum Fidei, sed etiam qui culpabiliter negligit addiscere mysteria Fidei: ita pro- fusus reus est gravis peccati non ille tantum qui proximum bonis spoliat, decimas non solvit, jejunia non servat; sed etiam qui negligit comparare sibi notitiam Di- vinarum aut Ecclesiasticorum præceptorum, ob quorum ignorantiam in illa crimi- na prolabitur.

213. Ubi vul- gabilis igno- rantia non de- cimus, si qua peccata ratio- nem intrin- seam dicitur scilicet, ut sunt diversa scilicet numero ignorantia sine dicitur credi- bilium fore quæ peccatum.

213. Multa sunt, quæ sententiam hanc solide confirmant. In primis Divinae Lit- teræ loquendo de scientia operabilium, eam per se sepe spectant inculcant, ac simi- liter damnant incertiam eidem oppositam. Ecclesiasti. (c. 17.) cognosce justitias, & ob- serva judicia Dei: Olee (c. 4.) quia tu scientiam repulisti, repulisti te. (1. Corinth. c. 14.) si quis ignorat, ignorabit: quæ omnia reiteranda esse ad sola credibilia nemo e- vincet. Dein ipsa per se ignorantia operabilium opponitur virtuti specialia, quæ studiose vocatur, & ad Angelico inter partes potentiales Temperantiæ referen- ter: adeoque independenter ab operibus malis ex ipsa ortis speciale peccatum est. Tandem ipsa sentere illustiores Magistri antiquæ Scholæ. S. Thomas (q. 3. de ma- lo ar. 7.) Manifestum est, quod qui negligit habere, vel facere id quod tenetur habe- re, vel facere, peccat peccato omissionis; unde propter negligentiam ignorantia eorum, quæ aliquis scire tenetur, est peccatum. S. Bonaventura (Centil. par. 1. sect. 24.) nota, quod aliud est peccatum ex ignorantia, aliud peccatum ignorantie. Richardus (in 2. Sent. dist. 22. ar. 2. q. 2.) non tantummodo velle actum, qui est peccatum, vel caritativum actus, quæ est peccatum, culpa est; sed etiam velle actum vel caritativum actus ordinatis ad culpam; ignorantia autem necessarium ad salutem ita ordinat ad culpam, quod cum tali ignorantia in eligendo recte dirigi non potest homo. Igitur i- gnorantia indefinite seu credibilem, seu operabilem, est speciale peccatum diver- sum a subequenti peccato operis.

214. Affran- tur varia ar- gumenta quæ- bus ostenditur ignorantiam, e- volutionem, & voluntatem, ad rem- bue præmon- tur, ignoran- tiam habere, posse triplicem diversam tum- peccati, tum poenæ, tum causæ peccati.

214. Nec opponas, scientiam operabilium nobis præceptam esse, non absolute & ratione sui, sed in ordine ad ipsa operabilia; adeoque eorum ignorantiam non tur- evadere culpabilem, & animæ perniciosam, priusquam fiant ignoranter mala o- pera; itidem absurdum esse hominem, quando in ignorantia versatur, continue peccare. Nam prior objectio, si quid probat, hoc dumtaxat evincit; scilicet igno- rantiam, & transgressionem alicujus præcepti respicientis operabilia, quæ evenit

215. Propri- etiam, quæ diffinitur du- plex objectio adversus superi- orem senten- tiam, ratio-

ratione ignorantiae, invicem convenire in eadem specie peccati (quod jam fassum sumus 212.) minime vero ignorantiam, & transgressionem subsequentem consistere unicum peccatum. Posterior autem oppositio absurdum committitur, quod nequaquam complectitur statuta a nobis sententia, si rite percipitur. Quippe, ut ait Seraphicus (in 2. Sent. dist. ar. 2. q. 3.) Ignorantia ignorans non peccat, nisi in illo instanti & tempore, in quo tenetur noscere vel addiscere, quod ignorat; ideo quovis semper dicitur ignorare, non tamen semper dicitur peccare: rationem suppetit evidentem Angelicus (1. 2. q. 76. ar. 2.) quia sicut in aliis peccatis omissionis solo illo tempore homo actu peccat, pro quo proceptum affirmativum obligat; ita est etiam de peccato ignorantiae; non enim continuo ignorans actu peccat, sed solum quando est tempus acquirendi scientiam, quam habere tenetur: ex ca. quando quis publicum iudicis, advocati, tabellionis, medici, confessoris manus capessit, atque obire aggreditur, desitutus necessaria scientia; a quo tempore tandem semper tenetur reatu culpabilis ignorantiae, quoadmodum sincera poenitentia illum non expungit.

215. Nana agitur de ignorantia, ad quam est effectus, qui bifariam considerari potest respectu scilicet voluntatis & imputabilitatis actionum.

216. Assignatur causa, ad quam imputabilitatem voluntatis duntaxat ad penam, tamquam sola lege humana censum situram.

217. Lex humana Ecclesiastica spectat tripliciter modo, ut moralis, poenalis, irritans.

218. Poena accipitur proprie, & valde usitata apud Auctores divinos dicitur in ordinariam, & extraordinariam.

215. Cum ignorantiae natura secundum genus moris peccata jam in propositum sit, restat ut ejusdem effectus perpendamus. Univesim loquendo duplicem distinguere licet ignorantiae effectum relate ad actiones ex ea procedentes: unus immediatus, qui physicus dici potest; alter mediatius, qui moralis appellandus: ille respicit voluntariam actionem, quam ignorantia juxta varias species inspecta potest aut penitus tollere aut solum minuire, aut etiam aliquo modo augere: iste concernit imputabilitatem actionum ad culpam, & poenam, atque ex illo consequitur necessarium explanatum in priore parte hujus tertii capitis (num. 200. & seq.) quomodo actiones ob ignorantiam voluntariae, subindeque etiam culpabiles vel inculpabiles iudicandae sint. Quae reliquum duntaxat est, ut examinemus deinceps, quam ratione poenae evadant obnoxiae, quotiescumque constat, ipsas ignoranter peractas fuisse.

216. Cuius vero, que in expendendo morali effectu ignorantiae facit nos differere de sola poena, nulla facta mentione praemissi, haec est: quia tamen necessaria dilatione deducatur, actiones in qua ignorantia influit, culpabiles esse aut inculpabiles, prout ab agente prodierint voluntarie aut involuntarie: evidens tamen certumque nobis non est, exinde praeterea consequi, ut ipsam debeatur supplicium, aut poenitentiam. Nam omnes quidem Theologi fatentur, ignorantiam, que involuntariam absolute inducit, simulque inculpabilis est, veniam & excusationem parere actionibus ex ipsa factis: ac plures detestantur pronunciare, illas etiam praemio dignas esse, quoniam in Tractatu Morali de Regula proxima agendi propugnant, operantem ex conscientia erronea invincibiliter, esse non peccat, proprie tamen non operari honeste, ac meritorie. & ab his non videtur differre Seraphicus (n. 207. in fine). Immo si de poenis fiat sermo, quae sunt humana lege statuta, in sententia plurimum Theologiae ac Juris peritorum contingere potest, ut ab hisce poenis immunis existat actio illius hominis, qui ex ignorantia voluntaria ac vere culpabilis operatus est contra legem, ignorans tamen invincibiliter poenam in lege taxatam.

217. Has ob causas praefens sermo poster erit de poenis duntaxat, ac de solis illis que jure positivo Ecclesiastico sancitae sunt: sique ex eo aliquod luminis accedet particularibus questionibus, quas Doctores movere solent circa Censuras, Irregularitates, Reservationes casuum, & alia hujus generis: juxta lege scopum nostrum duo tunc hic praenotanda: unum circa leges, alterum circa poenas. In primis Ecclesiasticae legis variae sunt officia: nam vel mores dirigit, obligando in conscientia ad quidpiam agendum, aut omittendum, & sub hoc aspectu vocatur moralis; vel poenam aliquam sive temporalem, sive spirituales, in foro externo a transgressoribus luendam determinat: & ita dicitur poenalis: vel adus quosdam seu ad externum forum, seu ad internum conscientiae tribunal spectantes privat moralis valore ac fructu, sique irritans vocatur. Ad poenales leges referri possunt censuras, reservationes casuum ad irritantes, irregularitates partim ad poenales, partim omnino immunes.

218. Deinde poena duplicis generis esse potest. Etenim vel stricte sumitur pro incommodo per actum justitiae vindicativae inflicto ad aliquam culpam multandam: quo sensu dicitur in iure (1. aliud, de verb. sign.) poena est noxae vindicta; atque ab Augustino (1. 2. de Retr. c. 9.) poena, si iusta est, peccati poena est, & supplicium vocatur: vel accipitur late pro onere imposto, etiam citra peccatum, ob iustam publicam praesertim causam: quo respicit regula 23. Juris in 6. sine culpa, nisi sub-

fr causa, non est, aliquis puniendus, ut dum quis ex dispositione canonici juris deponitur ab Ecclesiastico beneficio, ad quod fuit promotus per simoniam ab altero committam in ejus favorem, tamen infamis fuerit ejusdem simoniae. Porro verum proprie sumpta haec praerati quibus est notanda diviso, quae dicitur vel ordinaria vel extraordinaria in illo sensu; quatenus ordinaria designat poenam conventientem, & proportionatam naturae delicti, quae legitur, aut communi prudentia iudicium determinata est; extraordinaria vero significat poenam auctam ultra naturam delicti in se spectatam, propter aliquas poenales circumstantias, quae ad illud concurrunt: prior poena solet etiam vocari moderata, & posterior exorbitans.

219. His in antecedens positus, quidnam ignorantia praestare possit, ubi de violatione legum poenatum agitur, patefaciemus sequentibus Theibus. Prima, ignorantia invincibilis poenam tantummodo non excusat a peccato, seu formali transgressionem legis; quoniam non tollit, uti nunc supponitur, voluntarium & liberum ab actu quo lex infringitur. Secunda, ignorantia sive Juris, sive Facti, quotiescumque culpa poenitus excusat, eximit quoque a poena; siquidem poena stricto sensu est culpa vindicta, & peccati supplicium. Tertia, ignorantia non inderuque invincibilis, ubi a gravi culpa excusat, etiam a gravi poena liberat, ob eandem rationem: quatenus vero est ignorantia vincibilis seu culpabilis venialiter, poenam auferit vel non auferit, prout haec est proportionata vel non proportionata illi peccato veniali. Quarta, ignorantia graviter culpabilis non liberata a poena ordinaria & moderata, sive transgressor legis ignoraverit legem simul & poenam sive folam poenam: quippe poena hujusmodi voluntate suprema legislatoris est adnexa culpa, simulque supponitur attemperata naturae illius.

220. Quinta, ignorantia consequens, & graviter etiam culpabilis excusat a poena, quotiescumque lex non absolute delicto poenam intendet, sed supposito dolo, vel scientia, vel ausu temerario delinquentis, & aliunde nihil horum occurrat in eo, qui tali ignorantia affectus legem transgreditur. Nam leges ex trito Jurisperitorum dicto non operantur ultra verba, quae continent, maxime ubi de poenabilibus agitur, quae sunt strictae interpretationis. Sexta, ignorantia consequens affectata, seu ex industria quaesita ac retenta ad liberum peccandum, non excusat a poena, etiam in casu, quod lex sit concepta sub praetatis formalis scientia vel ausu temerarii. Siquidem ejusmodi ignorantia in iure equiparatur scientiae, uti expressè indicat Clemens IV. (1. eos qui Tit. de Temp. Ord. in 6.) dicens: Eos, qui Clericorum praesertim alienae, absque superioris ordinandorum licentia, scienter seu affectata ignorantia praesumpserint ordinare, per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos. Tum quia illae formulae solent apponi in legibus ad eos restringendos, qui volunt directa, seu formali voluntate ipsarum legum transgressionem: porro operantes ex ignorantia affectata plane directa voluntate peccatum velle dicendi sunt; quippe ex Angelico (1. 2. q. 76. art. 4.) Ex intentione voluntatis ad peccandum procedit, quod aliquis vult subire ignorantiae damnum propter libertatem peccandi.

221. Septima, ignorantia profus inculpata & invincibilis etiam folius poenae statuta humana lege poenali excusat ab eadem poena gemino in casu; quando videlicet poena, vel est extraordinaria & exorbitans, vel propter contumaciam delinquentis imposta est, & ideo medicinalis sub hoc respectu vocatur. Non hoc constat ex unanimi & certa Doctorum sententia, sed duntaxat nititur valde verosimili opinioni Panormitani, Hostienis, Joannis Andreae, Felini, Gonzalez, Soti, Suarezii, ac praesertim Navarrae (in Manual. Conf. c. 23. nu. 27. & c. 274. atque in c. 2. de Constit.) qui ea in re sibi suffragantes memorat, praeter alios Summas, S. Antoninum, & B. Angelum a Clavaio. Porro hanc illi rationem praecipue afferunt pro secundo casu. Non potest praesumi in delinquente contumacia adversus legem & potestatem Legislatoris, quae dicitur coercitiva per poenas, nisi delinquens fuerit aliquo modo praemonitus de tali poena a legislatore imposta: atque praemonitio hujusmodi nequit supponi relate ad illum, qui legem dum violat, fecit eundem actionem suam esse malam, ac lege humana vel etiam divina prohibitam, sed tamen insuperabili ignorantia nescit eam gravem poenam esse adjectam ab humano legislatore: igitur contumax transgressor legis non est, adeoque a poena videtur omnino immunis.

222. Pro primo casu sic ratiocinatur Navarrae (cit. c. 27. Manual.) Licet non requiratur consensus delinquentis in poenam, ut obligetur ad eam, quia obligatio non nititur auctore, sed potestate legislatoris imponenti eam; requiritur tamen consensus ejus in causam, ob quam imponitur, ut dixit S. Thomas: & ut quis dicitur con-

219. Ignorantia hominis contra leges poenales negans, modo eximie modo non est nisi ipsum a poena subtrahenda per quosdam generales theses declaratur.

220. Sequuntur reliqua theses, quae continentur ad poenam intelligendam distinctam de vario ignorantiae effectu.

221. Postulata ultima thesi, quae apud Doctores haud parum quidem controversa est, sed tamen plurimum praesertim Canonistarum & Philosophorum calcula monetur.

222. Afferuntur etiam Navarrae ratioe discrimini inter superioris auctoris theses, quantum ad septimam.



Quoad 2. cum concupiscentia obiectum suum sensibile persequens nullo modo malum respiciat, sed dumtaxat bonum delectabile, atque sub sola boni ratione huiusmodi obiectum ab intellectu voluntati repræsentetur; hinc patet concupiscentiam non incitare voluntatem ad amplectendum aliquid ipsi repugnans: quare nec est, cur consequens subinde voluntatis actio erga obiectum illud sensibile dicitur involuntaria secundum quid. Igitur quod per concupiscentiam agitur, nullo modo est involuntarium.

230. Concupiscentia antecedente prius augeri voluntarium, quod a meta plurimam adest.

230. Quoad 3. affectionis partem, impetus concupiscentiæ sive passionis effervescens facit, ut intellectus vividius ac intensius apprehendat, quod est delectabile in obiecto sensibili, illudque sub majoris boni (peccati) voluntati proponat: idcirco efficit quoque, ut voluntas ipsa libentius ac ferventius amplectatur tale obiectum: quod autem a voluntate magis libenter fit, illud est magis voluntarium, quidem in voluntario principaliter attenditur voluntatis inclinatio (num. 122.) Quare Angelicus prælaudatus: Dicitur aliquid voluntarium ex eo, quod voluntas in id fertur: per concupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit; Et ideo concupiscentia magis facit ad hoc, quod aliquid sit voluntarium, quam quod sit involuntarium. Ex his merito inferet, in prædicti negotio longe aliam esse rationem motus & concupiscentiæ. Nam in eo, qui per motum aliquid agit, manet repugnancia voluntatis, ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur. Sed in eo, qui aliquid agit per concupiscentiam, sicut est incontinens, non manet prior voluntas, quæ repugnabat illud quod concupiscitur, sed mutatur ad volendum id quod prius repugnabat.

231. Affertur gemina exceptio superioris doctrinae communiti & hic de primo, quæ proprie exceptio est.

231. Quamvis hæc omnia ordinariè loquendo sint verissima, potest tamen interdum venire, ut ob concupiscentiam minuatur voluntarium tum ex parte propensionis voluntatis, tum ex parte cognitionis intellectus, sicque actus ex eo producti dicantur involuntarii secundum quid. Primo quidem, quotiescumque concupiscentia certis in circumstantiis ad aliquid extrinsecum, quotiescumque concupiscentia primariè inclinatio, seu habitualis dispositio agentis, ut est in sese avaro videlicet ægere ferente, qui juvenilibus voluptatibus inepetisque quasi polissimò revocatur: accipit abutitur, quoad usque uxorem novam nanciscitur, ea vero in domum deducta consensum infundat reparandæ pristinae honorum facturae severissima parliamentia, quæ domesticos suos pene coëscit. In huiusmodi enim casu, cum presentium obiectorem delectabilitas non videatur sic mutare voluntatem agentis, ut non retineat propensionem contrariam ad id quod agit, si secundum se & prædictis circumstantiis spectetur; sequitur, involuntarium esse secundum quid, quod ita sic est concupiscentia, sicuti diximus esse involuntaria (num. 183.) quæ per metam aguntur.

232. Altera, quæ numeretur exceptio, nec sum limitatæ doctrinam de voluntario doctrinam, quam tradendam mox de libertate confirmat.

232. Altero item ex capite, scilicet respectu cognitionis intellectualis, concupiscentia videtur minuire voluntarium. Cum enim voluntarium non obiecti & tantum dumtaxat, sed etiam circumstantiarum cognitionem complectatur (nu. 121.) aliunde vero impetus ebullientis passionis non sinat intellectum rite examinare singulas circumstantias ad actum pertinentes, puta scandalum, dedecus, damnum, & similia pravum actum consecutura, quia intellectum detinet in vivida apprehensione obiecti ut delectabilis tantummodo; palam est, aliquam voluntarii diminutionem contingere. Ceterum voluntarium, in hoc eminenti gradu spectatum, non est simplex illud voluntarium, quod respexit Angelicus (n. 230.) dicendo, concupiscentiam magis facere ad hoc, quod aliquid sit voluntarium. Eam quippe cognitionem exactam potius ad liberum refert, ut patet ex his, quæ subiungit: Quandoque in his, quæ per concupiscentiam aguntur, non totaliter tollitur cognitio; quia non solum potest cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili; sed tamen hoc ipsum est voluntarium, secundum quod voluntarium dicitur, quod est in potestate voluntatis, ut non agere, & non velle, similiter & non considerare, id est, licet turbatio, quam intellectus ingerit concupiscentia, impediatur actualem discretionem circumstantiarum recti, seu assimationem prudentiæ, ut ait Aristoteles (lib. 6. Eth. c. 5.) attamen semper verum est, per concupiscentiam voluntarium, etiam ex parte cognitionis potius augeri, quam minui: quia ex dictis intellectus a concupiscentia excitatus majori vi apprehendit, quod est delectabile in obiecto, & aliunde in facultate hominis est considerare circumstantias recti, quas tunc non attendit.

233. Concupiscentia antecedens liberum prope accedat motui.

233. Secundo, si liberum consideretur, prout a voluntario distinguitur, utique diminuitur per antecedentem concupiscentiam, ita Angelicus (1. 2. q. 77. ar. 6.) scribens: Peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrii, quod est facultas voluntatis, & rationis; passio autem est motus appetitus sensitivi, qui potest se habere ad liberum arbitrium & antecedere.

adventer, & consequenter... si passio præcedit actum peccati, tunc necesse est, quod ex parte cause dimittat peccatum: actus enim in tantum est peccatum; in quantum est voluntarius. Et in nobis existens, esse autem aliquid in nobis dicitur per rationem, & non quam voluntatem: unde quando ratio & voluntas ex se aliquid agunt, non ex impulsu passionis, magis est voluntarium, & in nobis existens; & secundum hoc passio minus peccatum, in quantum minus voluntarium: in qua quidem postrema voce S. Doctor fuit voluntarium pro libero, sive secundum quod voluntarium est etiam liberum, uti Sylvius, Medina, & alii ipsius interpretes observant; alias contradicere doctrinæ prius consignatæ (ar. 7. q. 6.) ubi voluntarium præse sumptum dixit augeri per concupiscentiam sive passionem.

234. Nocumentum, quod ex impulsu passionis adventit rationi, & voluntati, facile perspicitur. Etenim, ubi sensuali appetitus, seu concupiscentiæ sive irascibilitatis, rationem inclinat ad apprehendendum obiectum iuxta suam delectabilitatem, quæ iuvat ad explendum ipsum appetitum, tunc impeditur necessaria illa ad voluntarium perfectum sive liberum cognitio, qua percipi debet non solum ea res, quæ est finis, sed etiam ratio finis, & proportio mediorem ad illum, adeoque pervideri debent, quæ possunt a malo avertere, & ad bonum ducere: verissime namque de carnali concupiscentia scripsit Menander, amor hominibus furor est, nullo consilio movetur, tenebras offundit etiam illis, qui habent bonam rationem, & deceter affecti sunt; atque de ira Euripides, nemo vatus quicquam recte deliberat. Pariter omnino eisdem appetitus illicio suo voluntatem ad agendum pertrahens coarctant indifferentiam ipsius voluntatis, cum fortius in suas partes eam inclinet, quam flexitur in partem adversam ex alio quovis motivo aut stimulo. Ex quibus omnibus necesse est liberatam dinoscitur.

235. Præcedens assertio cum allatis rationibus eatenus subsistit, quatenus supponit rationis usum in homine a concupiscentia pulsato. Nam si concupiscentia tam repentina ac vehemens foret, ut eam usum penitus absorberet, æquomodum refertur Angelico (1. 2. q. 10. ar. 3.) Contingit in his, qui propter vehementem iram, vel concupiscentiam furiosi vel amentes fiunt, sicut & propter aliquam altam percursum rationem corporealem; tunc, cum in his non sit aliquis rationis motus, & per consequens nec voluntatis, sed sola passio dominatur, talis passio & liberum, & voluntarium tollit ab actu sequente, adcoque (q. 77. ar. 7.) Totaliter a peccato excusat. Immo sic ea voluntarium tollit (q. 6. ar. 7.) ut proprie non fit involuntarium; quia in voluntarium, quæ usum rationis non habent, neque voluntarium est, neque involuntarium; si quis videre est in istis brutis animalibus, in quibus ob defectum rationis frustra voluntarium, aut involuntarium perquireres.

236. Cave tamen, ne ex prædicto effectu vehementissimæ passionis colligas, concupiscentiam inter se posse voluntati necessitatem, prouidique corruere catholicum dogma de libertate indifferentiæ. Nam aliud est, hominem necessitari interdum a passione; aliud, voluntatem necessitari ad agendum: primum cum Angelico laudato facti sumus tum de furiosis & amentibus, tum de reliquis perturbationem corporealem fieri patientibus, ut usum rationis non habeant: secundum præsertim negamus eodem Angelico, qui articulum illarum (q. 10.) utrum voluntas moveatur de voluntariis suis, sic resolvit brevibus: aut motus voluntatis non est ipsa voluntas, sed sola passio dominatur; aut, si motus voluntatis sit, non ex necessitate berum arbitrii sequitur passionem. Ratio, cur hic voluntatem ab homine distinguamus, hæc est: quia dogma de libertate indifferentiæ, eo ipso quod liberum arbitrium, seu facultatem voluntatis & rationis importat, respicit voluntatem, non quatenus natura est, sed quatenus rationalis natura (n. 163.) porro voluntas, dum agit qua rationalis, adeoque usum rationis supponit, nunquam a passione aliqua potest necessitari ad consentiendum vel ad actum, iuxta illud (Genes. c. 4.) sub se erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ubi vero rationis usus interceptus penitus est; & nihilominus alius actus a voluntate prodit, tunc ejusmodi actus vel hominis potius quam voluntatis est, vel si voluntatis dicitur, a voluntate prodit præcité ut natura est: sub quo aspectu nemo Theologorum aut Philosophorum contendit voluntatem habere libertatem indifferentiæ ad agendum, vel non agendum. Summe exemplum ab homine dormiente, cujus voluntas non excidit libertate sua, & tamen per se ipse in motus erumpit, qui ex Angelico (q. 28. de Verit. art. 3.) magis sequuntur phantasiam, quam iudicium completum rationis: & ideo (2. 2. q. 134. art. 5.) non imputatur ei ad culpam.

237. Quod invicem conferendo ambas assertiones de concupiscentia superius (n. 229.)

234. Rationem promittit, quibus palam fit, concupiscentiam antecedentem intellectui persequere ac voluntatem obesse, adeoque liberatam.

235. Quatenus rationis usum in homine a concupiscentia pulsato, æquomodum refertur Angelico (1. 2. q. 10. ar. 3.) Contingit in his, qui propter vehementem iram, vel concupiscentiam furiosi vel amentes fiunt, sicut & propter aliquam altam percursum rationem corporealem; tunc, cum in his non sit aliquis rationis motus, & per consequens nec voluntatis, sed sola passio dominatur, talis passio & liberum, & voluntarium tollit ab actu sequente, adcoque (q. 77. ar. 7.) Totaliter a peccato excusat. Immo sic ea voluntarium tollit (q. 6. ar. 7.) ut proprie non fit involuntarium; quia in voluntarium, quæ usum rationis non habent, neque voluntarium est, neque involuntarium; si quis videre est in istis brutis animalibus, in quibus ob defectum rationis frustra voluntarium, aut involuntarium perquireres.

236. Quatenus concupiscentiam inter se posse voluntati necessitatem, prouidique corruere catholicum dogma de libertate indifferentiæ. Nam aliud est, hominem necessitari interdum a passione; aliud, voluntatem necessitari ad agendum: primum cum Angelico laudato facti sumus tum de furiosis & amentibus, tum de reliquis perturbationem corporealem fieri patientibus, ut usum rationis non habeant: secundum præsertim negamus eodem Angelico, qui articulum illarum (q. 10.) utrum voluntas moveatur de voluntariis suis, sic resolvit brevibus: aut motus voluntatis non est ipsa voluntas, sed sola passio dominatur; aut, si motus voluntatis sit, non ex necessitate berum arbitrii sequitur passionem. Ratio, cur hic voluntatem ab homine distinguamus, hæc est: quia dogma de libertate indifferentiæ, eo ipso quod liberum arbitrium, seu facultatem voluntatis & rationis importat, respicit voluntatem, non quatenus natura est, sed quatenus rationalis natura (n. 163.) porro voluntas, dum agit qua rationalis, adeoque usum rationis supponit, nunquam a passione aliqua potest necessitari ad consentiendum vel ad actum, iuxta illud (Genes. c. 4.) sub se erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ubi vero rationis usus interceptus penitus est; & nihilominus alius actus a voluntate prodit, tunc ejusmodi actus vel hominis potius quam voluntatis est, vel si voluntatis dicitur, a voluntate prodit præcité ut natura est: sub quo aspectu nemo Theologorum aut Philosophorum contendit voluntatem habere libertatem indifferentiæ ad agendum, vel non agendum. Summe exemplum ab homine dormiente, cujus voluntas non excidit libertate sua, & tamen per se ipse in motus erumpit, qui ex Angelico (q. 28. de Verit. art. 3.) magis sequuntur phantasiam, quam iudicium completum rationis: & ideo (2. 2. q. 134. art. 5.) non imputatur ei ad culpam.

237. Hæc dum concipiatur (n. 229.)

quod passio auget voluntarium auget: vel, si utrumque praestat, occur dicatur minuire peccatum ob diminutum liberum; minime vero auget peccatum ob voluntarium adauctum? sequum sane erit eiusmodi dubitationes ab animo tuo eximere. Animadverte primum, liberum non esse proprie dictam voluntarii speciem, quae utique diminuta & primo genus necessario dimittitur: sed esse quoddam voluti accidens (num. 147.) quod cum voluntario iungi, aut ab eo seimigi potest: unde voluntarium diuisione illa, quae a Dialecticis dicitur diuisio subiecti in illa accidentia, displicet folet in necessarium, & liberum. Si ita est, iam voluntarium & liberum quo pacto possunt aliquando non coniungi in eodem actu, possunt etiam, vbi coniunguntur, sic se habere, ut alterum increfcat, alterum decrefcat, & liberi conditiones quatuor, scilicet causae, quae conditiones voluntarii firmat, & liberi conditiones quatuor, scilicet obserua, ubi dicitur imputabilitas actiois ad vituperium vel laudem, ad supplicium vel premium, & proximae ac principaliter (num. 148.) ex libero delinquitur, etli voluntarium quoque ceu fundamentum praesupponat, actus in tantum est peccatum in quantum est in nobis existens, ac Angelicus; (num. 235.) esse autem in nobis dicitur per rationem, & voluntatem, namque per liberum arbitrium, quod est facultas voluntatis & rationis: unde passio minuit peccatum, in quantum minuit voluntarium, hoc est liberi arbitrii utum. Igitur, uti pergit S. Doctor; est motus voluntatis sit intensior passione incitatus, non tamen ita est voluntatis proprius, sicuti si sola ratio moueretur ad peccandum: adeoque nil mirum, quod minorem praefert peccati malitiam.

238. Hucusque de antecedente concupiscentia, nane de consequente (num. 226.) dicamus. Haec, citra ullam distinctionem voluntarii ac liberi, utrumque auget, sicque ipsum etiam peccatum; quemadmodum unanimiter tradunt Auctores quibus praevit Angelicus dicens (1. 2. q. 77. ar. 6.) Passio consequens non dimittit peccatum, quod est in nobis dicitur per rationem, & voluntatem, namque per liberum arbitrium, quod est facultas voluntatis & rationis: unde passio minuit peccatum, in quantum minuit voluntarium, hoc est liberi arbitrii utum. Igitur, uti pergit S. Doctor; est motus voluntatis sit intensior passione incitatus, non tamen ita est voluntatis proprius, sicuti si sola ratio moueretur ad peccandum: adeoque nil mirum, quod minorem praefert peccati malitiam.

239. Duo, quae gravis sunt momenti, remanent observanda circa geminas concupiscentiae species modo declaratas. In primis quod antecedentem peccat, eatenus verum est, illam totaliter a peccato excusare, rationis usu in homine penitus deficientem (num. 237.) quatenus tam exorbitans concupiscentiae origo non est voluntaria nec directe, nec indirecte. Ceterum, si voluntaria alterutro modo foret, tunc peccato totaliter pariter reputari deberent quicumque actus per ipsam concupiscentiam profecta ferent, intercepto etiam rationis usu; quia iuxta Scholarum estatum: quod est causa causae, est etiam causa causati. Itaque plane Angelicus doctrinam illam abesse traditam offendit esse accipiendam, dum prolata duplici diuisione voluntarii secundum se, & secundum suam causam, & directi, & indirecti, haec subiungit (1. 2. q. 77. ar. 7.) Passio quandoque est tanta, quod totaliter auferat usum rationis, sicut patet in his, qui propter amorem vel iram insaniant: & tunc si talis passio a principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum; quia est in causa, sicut de ebrietate dictum est. Si vero causa non fuerit voluntaria, seu naturalis, quia cum aliquis ex aegritudine, vel alia huiusmodi causa incidit in talem passionem, quae totaliter auferat usum rationis, actus omnino redditur involuntarius, & per consequens totaliter a peccato excusatur.

240. Secundo nomine consequentis concupiscentiae peccatum augetis non ea dumtaxat intelligitur quae hic & nunc motum seu imperium voluntatis sequitur, ut dum quis nam in se excitat, ut possit de inimico uitioem sumere; sed illa

238. Concupiscentia altera species, quae scilicet uocatur concupiscentia, ex se sed magis auget, vel potius est signum magnitudinis eius; in quantum scilicet demonstrat, & maiori libidine vel concupiscentia peccat, tanto magis peccat. Talis ex ca. foret concupiscentia illius ebrius, ac luxuriosus, qui saltem excitate in seipso firm ad immodice bibendum, atque potatione huiusmodi provocare seipsum reueretur. Porro quamvis peccata, quae sunt ex passioni, dici conueniunt peccata ex infirmitate, quatenus iuxta Angelicum (1. 2. q. 77. ar. 3.) quando extra ordinem rationis vis concupiscentis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & per hoc impedimentum praestatur debite actioni hominis, dicitur peccatum esse ex infirmitate; tamen non illa concupiscentiae seu passionis species potest in controversiam venire, ubi Scraphicus (in 2. sent. dist. 22. q. ult.) alique Doctores gerunt, num excusanda magis sint, quae ex ignorantia, aut quae ex infirmitate geruntur. Siquidem quae perpetrantur ex concupiscentia consequente voluntatis motum; magis ex industria quam ex infirmitate evenire reputantur; quia ex S. Isidoro (1. 1. de Sum. Bon. c. 27.) industria peccat qui studio & deliberatione mentis malum agit, infirmitate autem; qui casu vel praecipitatione delinquit.

239. Antecedens concupiscentia, & rationis usum praevit concupiscentia absorbens, & voluntarii pariter reputari deberent quicumque actus per ipsam concupiscentiam profecta ferent, intercepto etiam rationis usu; quia iuxta Scholarum estatum: quod est causa causae, est etiam causa causati. Itaque plane Angelicus doctrinam illam abesse traditam offendit esse accipiendam, dum prolata duplici diuisione voluntarii secundum se, & secundum suam causam, & directi, & indirecti, haec subiungit (1. 2. q. 77. ar. 7.) Passio quandoque est tanta, quod totaliter auferat usum rationis, sicut patet in his, qui propter amorem vel iram insaniant: & tunc si talis passio a principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum; quia est in causa, sicut de ebrietate dictum est. Si vero causa non fuerit voluntaria, seu naturalis, quia cum aliquis ex aegritudine, vel alia huiusmodi causa incidit in talem passionem, quae totaliter auferat usum rationis, actus omnino redditur involuntarius, & per consequens totaliter a peccato excusatur.

240. Ex consequente concupiscentia sequitur, ut dum quis nam in se excitat, ut possit de inimico uitioem sumere; sed illa

illa etiam, quae ex habitibus signitur permanenter relidentibus in ipsa voluntate, aut in alius potentis voluntati subiectis; quocircumque habitus huiusmodi voluntate inducantur, vel iam acquisiti loveantur. Nam cum habitus addunt potentis, quibus insunt, facilitatem operandi, necessario sic, ut voluntas ob tales habitus major propensione, & conatu intensiore agat: hoc autem posito, habitus ipsi, si minus per se, saltem quatenus sunt voluntarie comparati, ac retenti, voluntarium adaugent relate ad operationes sibi conformes, ad quas producentes voluntatem, seu alius potentias inclinant. Quocirca Angelicus (1. 2. q. 78. ar. 2.) thesiam hanc instar canonis statuit: manifestum est, quod qui peccat ex habitu, peccat ex certa malitia. Ex quo intelligimus, habitum vitiosum a voluntate inductum, & servatum aequipollere actuali voluntatis imperio, quantum ad provocandum concupiscentiam, & augendum reatum eorum, quae per ipsum habitum committuntur; quae enim ex consequente seu provocata concupiscentia sunt, praesumuntur esse in lesa corum, quae sunt ex industria (n. 238.) sive ex malitia. Quae cum ita sint, merito ab Innocentio Papa XI. contra illa propositio (ord. 58.) Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicuius consuetudinem.

241. Nec praeterea de habitibus doctrina convelli potest difficultatibus istis: videlicet 1. quod signum peccati ex malitia seu industria peccati sit subsequens gaudium in peccatore, iuxta illud (Petr. cap. 2.) letantur cum male fecerint; quod videtur abesse a multis ex habitu peccantibus, qui hanc ipsam ob rem potius anguntur & tristantur. 2. quod habitus, dum natura sua potentiam inclinat ad actus sibi conformes, faciant voluntatem propendere magis in unam, quam in alteram partem, & sic indifferentiam eius coartando videantur, sin minus voluntarium, saltem liberum diminuerit; nihil, inquam, horum obest. Nam, ut posteriorum difficultatem statim aggrediamur, ea propensio voluntatis magis ad unam quam ad aliam oppositorum partem, nullatenus extenat liberum, quia provenit a principio proflus voluntario, nempe ab habitibus sponte ac libere introductis, aut retentis. Quemadmodum enim ipsa concupiscentia consequens, quoniam a voluntate supponitur excitata, licet voluntatem inlesta ad unam partem, non idcirco liberum diminuit, sed potius auget, vel signum est magnitudinis illius libidine, cum qua peccatur, sicut bona passio sequens voluntatis motum, signum est perfectionis motus voluntatis, & ex consequenti signum est magnitudinis meriti, ac Ricardo de Mediavilla (in 2. sent. dist. 22. q. ult.) haud ablimili modo de habitibus philosophandum est.

242. Priori vero difficultati ita occurrit Angelicus (1. 2. q. 78. ar. 2.) Ille qui peccat ex habitu, semper gaudet de hoc, quod ex habitu operatur, quamdiu habitu utitur; sed quia potest habitu non uti, sed per rationem, quae non est totaliter corrupta, aliquid aliud meditari, potest contingere, quod non utens habitu delect de hoc, utitur facili negotio.

243. Porro sic propugnanda superior doctrina de vi habituum malorum ad extorquendas a voluntate actiones sibi conformes, ac de malitia peccantium ex habitu, ut duo totaliter declinentur; videlicet tum proscripta ab Apostolica Sede de Michaelis Baji haeresi, qui docuit: omne, quod agit peccator vel servus peccati, peccatum est (Ord. 35.) in omnibus suis actionibus peccator servus dominantis cupiditati (Ord. 40.) tum falsa aliorum quoruncumque persuasio, quibus videntur extorquenda peccata, quae patrantur ab hominibus perditis, ac venudata necessitate factis ad faciendum malum; quia nempe apud D. Augustinum (lib. 8. Confess.) legitur, dum consuetudini non resistitur, sit necessitas; & apud Doctores idem invalidum est.

241. Penitentur duo objectiones adversus traditionem ex Angelicis doctrinam de malitia aditum, quae sunt ex habitu non tractate: utrum enim max dicitur.

242. Peir etiam abistis propria difficultate, utitur facili negotio.

243. Est qui severit vitiis habitus iuxta eadem frequenter operentur, & ideo ex malitia peccare consueverunt, nulla ratione abibitara necessitate factis ad faciendum malum; quia nempe apud D. Augustinum (lib. 8. Confess.) legitur, dum consuetudini non resistitur, sit necessitas; & apud Doctores idem invalidum est.

